



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Grimbalдов Abbas Tornacensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

FULCO VTENHOVIUS

Gandaui.

Vir integræ conuersationis fuit, Canonicus insulensis
Gandaui natus, maximaque ex parte auctor Hospi-
talis illius, quod Biloka nominatur, ei ante obitum Dei-
para apparuit. Vide plura apud Cantipratanum in libro
Apum, sepultus est in eodem Hospitali à se Gandaui exci-
tato, quod ante nuperam iconoclastiam monumentum
adhuc visum, nunc hæreticorum furore, & veteris templi
excidio obliteratum est.

GRIMBALDVS ABBAS

Tornacensis.

Natus est Tornaci Neruiorum, vel ut alij volunt, Te- 8. July.
rouanæ Morinorum. Grandior factus monachis Be-
nedictinis Audomaropoli ad S. Bertinum se adiunxit. In
Angliam profectus, ab Alfredo West-Saxonum Rege
Wintoniæ in nouo monasterio Hidensi Abbas est constitu-
tus; ubi & obiit. Vitam eius scripsit Gotzelinus monachus
Bertiniensis à S. Anselmo Archiepiscopo Cantuariam ad
S. Augustini coenobium euocatus: quo in loco non solum
Grimbaldi, sed & vitas SS. Augustini, Laurentij, Suithuni,
Erkenwaldi, Iuonis, Eadgitæ Milburgæ & Witeburgæ
descripsit.

GVAL-